



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam  
captiuitate[m]**

**Fisher, John**

**Coloniæ, 1525**

**VD16 F 1226**

Epistola reuere[n]diss. d[omi]ni Episcopi Iohannis Roffen[sis].  
nuncupatoria operis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30480**

# Epistola reuerēdiſſ. dñi Episcopi

Iohannis Rosſen . nuncupatoria operis.

¶ Plurimum reuerendo patri & Domino meo  
amātissimo domino Eliensi Episcopo .



Ræterierunt iam anni duo, charissime pater, ex  
quo bonam huius libelli partem legeras, et ita le  
geras, ut eius quod reliquum erat perlegēdi, ma  
gno te sancte affirmabas accensum fuisse desyde  
rio. Quāobrē & nec semel p̄ internuncios egisti  
mecum ut, quāprimū a prelo rediret, tibi cōmunicaret. Ego  
pater hætenus emittere distuli, partim ob alia negocia q̄bus  
eram implicitus, partim q̄ nōnulla spes quibusdā fuerat. Lu  
thēꝝ ad saniorē mentem aliquādo rediturꝝ. Nam rumor fuit,  
eum una cum aliquot e sectatoribus eius meditari palinodiā  
& partē aliquā eorꝝ, que male prius docuerant, recantare uel  
le. Quare ut respirādi spacium eis aliqd̄ daretur, censui libellū  
hunc aut omnino supprimēdum, si respiscerēt; aut impressio  
nem eius in tempus aliud cōperendinandā, si nō ab erroribus  
suis interea desisterēt. Cæterꝝ, ut non ignoras, ipsi pergunt in  
amētia pristinariam longe, quā pridē fuerant, insaniores facti  
Nunc eī inter se cōsensu mutuo, sacrorꝝ bibliorꝝ partitis di  
stributisq̄ uoluminibus, non pudet ea cōmētarijs impijs cœ  
de corrumpere, & ad suarꝝ hæresum nullo non loco peruer  
sum contorquere sensum. Idq̄ faciunt hac arte confisi, se faci  
le simpliciorꝝ animis imposituros, quos uident sermonis leno  
cinio citra difficultatem trahi posse, ut suis pestilētibus erro  
ribus fidem adhibeāt, & synceꝝ id credant esse scripturarꝝ in  
tellectum quicqd̄ ipsi fallaci blādiloquētia sua fuerint interpreta  
ti. Sed digni p̄fecto sunt q̄bus imponat, q̄ salutaribꝝ documē  
tis tot insigniū ecclesiæ catholicæ pastorꝝ spretis, q̄ uite san



Et imonia pariter & eruditōis synceritas tot & tam clarissimis  
miraculoꝝ indicijꝝ a deo cōprobata fuit: huic feci hominū, &  
(ut ne qd acerbius dicā) meris apostatis, animas suas credunt.  
Et quid mirū est, si fallat in hisce rebus uulgus, cui sensus in sa-  
cris literis pagꝝ exercitati sunt, ut discernant quid in illorū com-  
mētarijs rectum sit, aut quid erroneū. Nam qui fieri poterit,  
ut imperita plebecula super istiusmodi rebus iudicium unq̄ sa-  
num ferat, in qbus & eruditissimi, nisi plurimū attenti sint, cre-  
brius hallucinātur. Sed hac de re longe pluribus infra capite  
undecimo disceptaturi sumus. Nūc igit̄ auibus (ut spero) fce-  
licibus prodibit hoc opusculū, quod & dominationi tue dicā-  
dum cēsui, quippe quæ multis noibus mihi charissima est, nō  
solum q̄ ut bonū pastorē decet, tua p̄sentia diocesim tuā ex-  
ornas, & uerbo dei plebem tue fidei cōmissam erudis assidue,  
ueꝝ etiā q̄ ad hęc certamina fidenter obeunda nos pridē ani-  
masti plurimū. Adde q̄ & a teneris annis mihi nō parua tecū  
in scholasticis exercitatōibus fuerat cōsuetudo. Et quanq̄ in  
aliud studij genus, nimirū ut in legibus erudieris, in quibus &  
summū attigisti fastigium, exercitium tuum cōmutaueris, dia-  
lecticis tamē & philosophicis cōcertatōibus usq; adeo ceteros  
præcellebas, ut ad hunc usq; diem uix quisq̄ reperiatur tanto  
ingenij acumine præditus, qui tibi, quum ingenij uires inten-  
deris, nō porrigat herbam. Tuo igitur iudicio fretus, libellum  
hunc iam tandē edidimus, & tue paternitati nuncupauimus  
ut posteritati futurum sit amoris erga te nostri perpetuū testi-  
monium. Bene ualebis Charissime pater ex Rossa per eiusdē  
tue paternitatis amantissimum.